1457 Febr. 25

Anno Dni. Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Septimo. Die Vigesima Quinta Februarij in Pultowsk.

Erectio Oraculi in Przeradowo.

Die eadem ibidem. Coram Rndsmo Patre Dno Paulo Episcopo Plocens. Constituti personaliter Nobiles Nicolaus et Joannes haeredes in Przeradowo, et in praesentia Venbls et Religiosi Dni Gregorij Praepositi ac Rectoris Ecclesiae Parochialis in Rzambska, ad quam ipsi Nobiles iure Parochiali spectant et pertinent exposuerunt quod cum omnibus Incolis villae suae Caeterisq. hominibus sexus utriusq. villarum ex ista parte fluvij Narew consistens. ad memoratam Ecclesiam etc. spectans. ad ipsam Ecclesiam certis temporibus propter inundationes aquarum dicti fluvij tutus eis non pateret accessus. Quod interdum propter tutiorem mortem domi eos oportet residere et ab auditione Divinorum ac perceptione Sacramentorum cessare et desistere. Propter quas Causas petierunt per praefatum Rndsm Patrem licentiam ut possint in sua villa Oraculum sive Capellam tantum et non Parochialem Ecclesiam erigere. Qui quidem Rndsmus Pater Dnus Paulus Epus Plibatus consentiente praefato Dno Gregorio Rectore ipsorum praesente, ipsis concessit et indulsit: Tali tamen sub conditione quod non vergat in praeiudicium Ecclesiae Parochialis in Rzambska et suis Rectoribus pro tempore.

Från oplacerade handl.
Extranea, 1939
Polen

Ad quod quidem Oraculum pro Divinis Offiijs peragendis
ipse Dnus Gregorius certum Presbyterum temporibus aptis
et determinatis et præsertim festivis diebus se et suos
successores imposterum submisit et obligavit transmittere.
Præsen. Venlibus et Honorabilibus Dnis Paulo de Golymino
Decretorum Doctore Præposito. Magistro Thoma de Xansk
Cantore Pultovien. Joanne de Staniari Archidiacono
Dobrinen. Przedslao de Janczewo Canonicis Plocen.
et me Paulo Notario.

Joannes Kraiewski
Dec. et Offlis Pulton.
mpp.

Ex Actis Illrmi olim Dni Pauli
Gizycki Episcopi Plocen. in
Archivo Arcis Pulton. existen.
rescriptum, et sigillo Consistorii
Pultoviensis Consignatum.